Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25888
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ut qui eiusdem virginis humilitatis et gaudiorum quibus elizabeth visitatur solemnia celebramus · mente memoria et gaudius integer maneamus · Secunda Infra octavam oratio

Deus qui visitationem letabunde virginis marie filii tui gerule laudis preconius magnificari voluisti · eius precibus et meritis talem nobis quesumus tue visitationis gratiam tribue quem nunc et semper te magnificare meretur

Ecce iste venit saliens in montibus · lectio Sapientiae

transiliens colles · Humilis est dilectus meus capiere · humilium cervorum · Et ipse stat post parietem nostrum respiciens per fenestras prospiciens per cancellos · en dilectus meus loquitur mihi · Surge propera amica mea columba mea formosa mea et veni · iam enim hiems transiit · imber abiit et recessit · Flores apparuerunt in terra nostra · tempus putationis adiunxit · Vox turturis audita est in terra nostra · ficus protulit grossos suos · vinee florentes dederunt odorem suum · Surge propera amica mea speciosa mea et veni columba mea in foraminibus petre · in caverna maceriae · Ostende mihi faciem tuam · sonet vox tua in auribus meis · Vox enim tua dulcis et facies tua decora Gradualis

Audi filia et vide et inclina aurem tuam quia concupivit rex speciem tuam

Speciosa tua et pulchra filiae tua in te · prospere procede et regna

Alleluia Maria mater christi que montana adisti nobis allis in agone

Sequentia

Decet virginis claustris horis · tua intercessione festa nocte dulcoris facere memoriam · Nec indignum sed benignum voce corde dare signum marie in gloriam · Iu nonemus mente casta mater quod petit montana salutare gratiam · Para nimpho comitata fuerat quo salutata seneem miscet paludam · Rem miratur sed matrona unde inquit tanta dona mihi dantur hodie · Adhuc veniret qd illa mater dei et ancilla sceptrum omnis glorie · Gaudet clausus sua matre sentit prolem sine patre agnum dei predicat · Erit magnus in eius vice regem celi agnum vice claus? plaudu